



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalm. LXXXI. Exultate Deo adiutori nostro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

## LIBER III.

153

- 15 Iam nunc armipotens ô D E V S hue redi,  
Et vitem memor hanc inspice ab æthere;
- 16 Ac plantam, tua quam dextera seuerat,  
Germen quod tibi fixeras.
- 17 Ardet scissa ruens, ignibus ac perit,  
Dum vultus furor hanc increpuit tuī,  
Dum flagrat facies ista, periculis  
Cunctis heu penitus subest.
- 18 Conserat iam ista manus, conferat ac viro,  
Quem dextræ extuleras præsidio tuæ;  
Et quem terrigenam tu tibi prouido  
Firmum robore feceras.
- 19 A te distraher, teque relinquere  
Continget minimè; viuere tu dabis  
Nobis, cura quibus tunc fuerit tuī.  
Cultus nominis vnica.
- 20 I A S restituas armipotens D E V S  
Nos, ac da, facies splendeat ut tua;  
Nobis certa salus haec fuerit: tuo  
Ergo hoc perfice numine.

## PSALM. LXXXI.

Exultate Deo adiutori nostro.

BENIGNAE SALVTIS  
GRATVLATIO.

Ad præstantem super Githith Asaphis

*Carmen Sapphicum.*

- 1 PRINCIPI nostro canite, & potenti  
PRINCIPI lētas geminate voces;  
Quem D E V M quondam tenuis benignus  
Sensit Iacob.
- 2 Tollite huic hymnum, sonitusque ferte  
Tympani ac dulcis citharæ canoros;  
Tibi his mixtæ, referantque lētum  
Nablia psalmum.
- 3 Cūm reserat cursum, renouatque menses  
Certus, & festam repetit diem Sol,  
Quæ sacra in nostris numeratur annis,  
Clangite cornu.
- 4 Sic statim multis tenet antè seclis  
Israel, postquam D E V S ipse Iacob  
Prouidus fuit; stata suntque ritè  
Debita iura.

I 3

6 Esse

Iam

PSALMORVM

- 234 Esse quæ magno monumenta Joseph  
Is dabant, quando Pharij tyranni  
Viserat terras, labij & colonos  
Non mihi noti.
- 7 Ipse onus presso ex humero ferentis  
Abstuli, ac palmas penitus remoui  
Et cabos vda solitas & ollam  
Fingere creta.
- 8 Rebus argutis tibi me vocanti  
Adfui sospes, tibi iura dixi  
Abdius vasto tonitru; tui vsque  
Quale periculum  
Fecerim, testis Meribæ est aquarum
- 9 Riuus. His audi monitis, miliique  
10 Israël pare, & peregrina sperne  
Numina cultor.
- 11 Sum tuus quando D E V S vnuſ I A S,  
Quo duce & terras Pharias relinquis,  
Os tuum profer, pete magna, magnis  
Quippe replebo.
- 12 Vocibus nostris populus remissa  
Aure contabat, mea nec volebat  
Israël dicta aut retinere mente  
Inssa fideli.
- 13 Ergo laxis hos rapidos habenis  
Corde permisi nimium soluto  
Ire qua præcepſ ageret libido,  
Consiliumve.
- 14 O meus mi si populus fidelis  
Veller audire, ac potius viatum  
Qua voco præſens facilisque duco, in-  
ſtire calles:
- 15 Iam manu versa peterem prementes  
Quos pauent hostes domitos; & I A B
- 16 Inuidos falso tremidis profari  
Cogeret horror:  
Tempora & longum itabilita in ætum
- 17 His forent: flore ac saturos benigni  
Farris, è saxo liquidi repleſsem  
Humine mellis.

PSAL.